



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

condolendum proximis peccantibus. 8

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

MARGARITAE EVANG.

tenſi fuerint, in quibus omnes propriae voluntatis & reputationis homines (qui nondum penitus nudi exiſtūt) capiunt: quosq; nemo niſi paruuli & humiles euadere pōt. Hi nāq; ſeipſos inclinando & per foramina ſerpendo, retia euadunt. Qualiter homines interni videant, & cognoscant damna proximorum ſuorum.

Cap. VIII.

E Nimvero humiles iſti ab aeterna ſapientia illuminati cognoscunt, q̄ periculoſe ſeculi iſtius homines viuunt: qualiterq; religioſi in ſua ſenſualitate p̄maneant, nec vltorius in fundum ſuum pertranſeant, vbi Deum ſentirent & ab omnibus rebus creatis mortui exiſterent. Et iſtud ipſum maior pars eorū penitus ignorat: & ſic habitum & nomen religionis multum, pro dolor, infructuoſe deportant. ¶ Porro, hoīes illi Deū cognoscētes et amātes, q̄ a mūdo deſpiciuntur, eo q̄ per diuinam ſapientia illuminātur, illi (inquam) ſentire incipiunt in ſe, quod et in Chriſto Ieſu. Siquidem ab amatoribus huius mundi deſpiciuntur, iudicantur, lapidantur, & crucifiguntur verbis eorum detractoriis falſisq; teſtimonijs, & peruerſis operibus ſuis eos in nihilū redigunt. Quod tamen ad Chriſti exemplum in corpore ſuo patienter ſufferentes, ab intra in Deum eouſugiunt. Non enim timēt eos qui corpus occidunt, ſed eum potius qui vitam animae dare & auferre poteſt. Hunc (inquam) timent, & eius gratia cuſtodiūt. ¶ In inferiori q̄q; parte animae immenſum dolorem & anguſtiam, compaſſionemq; ſentiunt ob damna proximorum & Dei contēptum et inhonoratiōē, eo q̄ Deus tā par-

cogno-

LIBER II.

cognoscitur & amatur: ad quod tamen omnes conditi sumus. Et propter haec dolores plurimos atque gravissimos, & innumerabiles mortes spirituales sustinent & patiuntur. Insuper in superiori animae parte cum Christo quandam immensam pacem ac libertatem sentiunt, eo quod pars illa animae Deum semper habet in se, ipsa semper est in Deo, inclinatur se iugiter in suum principium, in divinam videlicet originem per simplicem illam essentiam suam, extra quam nullo unquam tempore Deus recedit, nec ipsa extra Deum. Vires quidem animae extrouertitur & in multa distrahi possunt, ipsa vero essentia in Deo manet. Et secundum hanc supremam partem unus spiritus & unus cum Deo sunt amor, eosque diuina virtus, amor & cognitio perficit, claritasque diuina transradat per spiritum inferius in animam atque in corpus: sicque cum coelestibus spiritibus stabiliter intus in diuina praesentia permanet, & eius amore pariter & cognitione pascuntur: parati tam diuina praecpta, quam angelica ministeria exequi & adimplere. Fideliter namque et ex amore quod iustum est, exequuntur, & cum timore recedunt ab eo, quod prohibitum est, sicque coelestes spiritus & angeli terrestres esse comprobantur.

Qualiter anima debeat esse rite ordinata, & omnes internas admonitiones ac reprehensiones diuinas obseruare. Cap. IX.

Fundamentum istud iam praetactum omnibus & utile est & necessarium, in quocumque siue statu siue gradu sint constituti, ut videlicet talem de Deo & de seipsis cognitionem habeant, sciantque in quo imago Dei atque similitudo consistat, & quare in eis esset.

O iij tialiter